

valet de Prædicamentalibus saltem rebus
& Phycis; à quibus ad res mysticas argu-
mentari velle, est falcem in alienam mes-
sem immittere.

Circa modum FESTINO.

1. *Nullus puer est senex:*

2. *puer est factus senex:*

E. 2. *qui factus est senex, non est senex.*

Resp. Major loquitur de puero nunc exi-
stente: Minor verò de eo, qui fuit puer.
vid. *Stabl. d. l.*

2. *Nihil in mundo videtur:*

Dominus Respondens videtur:

E. *Dominus Respondens est nihil.*

Resp. 1. Si in majore vox *Nihil* sumitur pro
nullo ente, conclusio non sequitur adfirma-
tiva. 2. Si in majore vox *nihil* sumitur pro
Non-Ente, tum & major falsa erit, & Syllo-
gismus ex puris adfirmativis in secunda
Figurâ non valebit, *vid. pag. 47.*

Circa DARAPTI,

1. *Fides sine operibus justificat:*

Fides sine operibus est res mortua:

E. *Res mortua justificat.*

P 3

Resp.